AUGUSTINUS
Klosterneuburg, 3. Drittel 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

descendit xpc. Ille cecidit. ille descendit. Ille cecidit superbia. ille de[illegible]scendit
humilitas. Nonne ipse solus descendit et quomodo ipse solus de celo descen[illegible]dit. si
multi imitantes eum sici descendunt ad nos. & descendere ad nos. Nam in quadam al
titudine cordis habitabat apls cum dicit. Sive enim mente excessimus deo. Nam quod
mente excesserat deo excesserat. Excedens enim mente omnem humanam fragilita
tem. omnem sensum tempalitatem. omnia quemcumque nascendo & occidendo uanescunt
mis cumula. hic habitabat corde in quadam ineffabili contemplatione quam potest.
de qua dicit. quam audiui ineffabilia uba quae non licet homini loqui. si illa loqui non possit.
Itaque si semper manere uellet in eo quod uidebat loqui non potest. et non leuat & ut tu pos
sesuidet. Quid enim fecit. Descendit. Nam ut sive enim mente excessimus deo. ubi
statim addidit. sive tempantes sumus uobis. Quid est tempantes sumus. Sic loquimur
ut capere possitis. quia & xpc se tale fecit nascendo & moriendo ut posset de il
lo homines loqui. quia de boue homo facile loquitur. De deo homo quando loquitur
sic quomodo ds est. Homo enim facile de homine loquitur. Vt quomodo magni descendunt
ad paruos & non illis tunc loquentur in magnum. ipse qui magnus erat factus est paruus. ut
de illo magni paruis loquentur. Audistis modo quod dico. cum apls legeret. Ipse autem
dere illa ut cumque possis. quia et loqui non possis. Si aures auditus. dixit hoc. Non
potui loqui uobis qui spualibus. sed qui carnalibus. Ergo spalibus; in excelsis loquitur. car
nalibus; ait ut loquatur descendit. Nam ut scitis quia cum descendit. de illo quod des
cendit loquitur. ecce iohs manentem in se loquitur. in principio erat uerbum. & ubum
erat apud dm. & ds erat uerbum. Hoc erat in principio apud dm. Omnia per ipsum
facta sunt. & sine ipso factum est nichil. Capere si potes arripe. cibus est. Si dicitur es
m. Ille quidem cibus est. sed ego infans sum. Lactando sum. ut idoneus fieri possim ad man
ducandum cibum. Ergo quia tu lacte nutrendus es. ille autem cibus; est. ipse cibus; per carnem
tuam uenit ad fauces. Quomodo quomodo mater comedit ut per carnem uenat ad infantem
lactentem. sic cibus angelorum dnis uerbum caro factum est. & factus est lac. ut dicit apls.
Lac uobis potum dedi non escam. Non dum enim potatus. sed nec adhuc quomodo potestis.
Ergo dando lac descendit ad paruulos. & quia descendit descendentem dedit. Aut
enim. Nunquid dixi me aliquid inter uos scire. nisi ihm xpm & hunc crucifixum.
Quia si dicet tantum ihm xpm. et ihc xpc & secdm diuinitatem. secdm id quod erat uerbum
apud dm. filium dei ihc xpc. sed hunc id est hoc modo dictum. paruuli non capiunt. Quomodo
capiunt. Ihm xpm inquit. & hunc crucifixum. Suge quod per te factus est. & creseis ad
id quod es. Sunt qui ascendentes & descendentes. In illis scalis & ascendentes sunt
& descendentes. Ascendentes qui sunt. Qui proficiunt ad intellectum spiritalium.
Descendentes qui sunt. Qui quanto quantum homines possunt fruant intelligentia spi
ritalium. tamen descendunt ad paruulos. ut talia eis dicant. qualia possunt capere. & lacte